

diantia coruscando. miraculis que te-  
nebras hominum per totum mundū  
saluari illuminatione fugauerunt. Unde  
commota est terra. homines ad con-  
uersionem et contremuit. agendo peni-  
tentiam pro peccatis. eos autem dicit com-  
motos et tremefactos qui uerbum fidelit̄  
audientes ad conuersionis studium cō-  
uerti munere puerunt.

Et per ipsos apostolos sic operantes In  
mari gentium uia tua nunc que dudum  
erat in iudeorum populo et precepta tua rece-  
pta sunt a pluribus populis gentium et ta-  
men uestigia tua. scilicet p̄ntia tua corporalis  
doctrina miracula non sunt ab infidelibus  
iudeis cognita.

Cum tamen. Reduxisti illum populū  
quondam tuū de egypto ad modū ouis  
in manu moysi qui fuit dux populi  
et aaron quem prefecisti tu deus sacerdo-  
tem omni populo

**Psalmus. LXXVII. in quo mo-  
ner populū ne sit ingratus diuinis  
beneficijs.**

**Uox dei qui per Moysen legē de-  
dit hebreis.**

**H**etendite corde pp̄te  
meus legem meam. incli-  
nate per humilitatem aurem  
uestri cordis. ad intelligendum uerba  
oris mei

aperiam os meum in figuris et simi-  
tudinibus. ex quibus ad alia capietis in-  
tellectum. loquar obscuras questiones  
que adhibita disceptatione soluēde sūt ab  
initio exitus filiorum israel de egypto

Uox apostolorum seu pp̄beta in persona  
eorum. Quanta. scilicet q̄z magna q̄z mirabilia  
audiuimus beneficia exhibita populo iu-  
deorum in egressu suo de egypto. et in p̄gressu  
in deserto et in ingressu terre p̄missionis. et  
cognouimus ea. quia patres. scilicet pp̄beta  
narrauerunt nobis. qui tamē iudei in  
grati fuerunt.

Et ita narrantibus patribus non sūt oc-

cultata a filijs suis in succedentibus  
sibi generationibus.

Patres nostri. Narrauerunt opera dei  
in quibus merito laudandus apparet deus  
et uirtutes eius que in egypto facte  
sunt postq̄z exierunt de egypto

Et postea. Suscitauit in populo iudaico  
legem in monte synai que dicitur te-  
stimonium locationis diuine cum ip̄lo.  
et quia testabatur hereditatem eternā quā  
nobis p̄mittit deus dicit. suscitauit. quia lex  
naturalis quasi in lucem redijt per legē scri-  
ptam. que somno ignorantie uidebat op̄p̄-  
la et sopita lex et testimonium idem sūt  
sicut Jacob et israel.

In qua lege. Quanta. scilicet q̄z maḡ et mirifica  
mandauit patribus nostris nota fa-  
cere filijs suis. id est posteris non tantū  
iudeis sed ut cognoscat generatio al-  
tera. christiana quam de gentibus constat eē  
electam.

Et sic consequenter. Filij. scilicet christiani qui na-  
scentur postea ex aqua et sp̄sac̄to et ex-  
urgunt sursum habentes cor suum. q̄ uero  
non sunt et non renati non sursum eōr-  
um et narrabunt filijs per generati-  
ones q̄d utiq̄ christiani impleuerunt qui pre-  
dicationes sanctas ad animarum salutem  
conferendam suis posteris tradiderunt.

Et hoc ideo. Ut ponant spem suam nō  
in lege que punit sed in gratia concessa  
que redimit et non obliuiscantur ope-  
rum domini sicut fecerunt perfidi iudei  
qui obliuio auctore suo ad culturas se bmo-  
num transfulerunt. et mandata eius ex-  
quirant. ipsa est enim dei summi uera re-  
cordatio si mandata eius deuotionis mētib⁹  
impleamus.

Ideo exquirant. Ne fiant sicut patres  
eorum generatio praua et exasperas  
praua. quia ueritatem recipere noluit. ex-  
asperans. quia ad deo exasperauit in deum ut  
in saluatorem armaretur. q̄d fuit sup̄ oēs  
acerbitates et asperitates.

Et quia praua est ideo. Generatio que  
non direxit cor suum ad fidem suscipi-  
endam. ad diligendum deū et in preceptis

eius ambulandū. et non est creditus cum deo spūs eius q: fuit semp incredulus pmissionib⁹ dei.

**B**ene dicit q: generatio illa cor suū nō direxit q: nec **F**ilij effrem qui videbant meliores in illo ipso intendentes arcum et mittētes sagittas conuersi sunt in die belli. per similitudinē loquit. Iudei tenderūt arcū et miserunt sagittas qñ p: miserūt se obseruare legē amonente **M**oyses dicentes. quecūq; locut⁹ est dñs de⁹ noster faciem⁹ et audiemus. cōuersi sunt in die belli qñ **A**aron dixerūt. fac nobis deos q̄s adozem⁹. ecce quō in parabolis et ppositiōnibus omia explicat.

**Q**uare conuersi sunt in die belli. q: **N**on custodierunt testamentū dei. i. pmissiones quā deo fecerāt. oia q̄ locut⁹ est dñs faciem⁹. et in lege domini noluerunt ambulare. **E**t oblitī sunt beneficiorum eius et mirabilium eius. que ostendit eis coram patribus eorū. **C**orā p̄rib⁹ eorū **M**oyses **A**aron et isaq; seniorib⁹. fecit mirabilia in terra egipti in campo thaneos. que ciuitas regia est egipti in qua erat pbarao apud quā decem plage egipti facere sūt. **I**nterruptit mare rubrū et perduxit eos pede licco ad aliud lūc⁹. et stauit aquas ex vtraq; parte ne fluerent sed firme starent sicut aqua in vtre.

**E**t deduxit eos de die in nube protegente eos ab ardore solis. et de nocte in columna ignis. que ostenderet eis viam. **I**nterruptit petram in heremo in loco sicco et deserto et emanauit fontes irriguos. et potauit eos abundāter velut in abisso multa

**E**t eduxit aquam de petra. que sequebatur eos quicūq; ibant et eduxit aquas non parū sed tanq; flumina que de vberib⁹ montū copiosa inundat de pcedūt

**Q**uibus beneficijs et miraculis nō obstantibus. **A**pposuerunt adhuc peccare ei id ē. nō credere. in iram concitauerunt id est. ad iram excitauerunt. excelsū in inaquoso loco nō credendo deum posse

sibi ipsi difficilia facere.

**E**t temptauerunt deum diffidētes de ei⁹ potentia in cordib⁹ suis ad **B** vt peterent escas non spūales sed carnales. animabus suis. i. propter aias retinēdas in corpore. esca enī retinaculū est aie in corpore.

**E**t male et vniq; male q: falsa locuti sūt de deo dicentes nūquid poterit deus parare mensam in deserto. splendidam carniū quali dicerent non. **E**cce blasphemia et diffidētia. o stulta nimis absurdāq; peccordia humanā impossibilitatē ad diuinā transfuisti virtutem.

**E**t rursus diffidentes dicit. **Q**uoniā percussit petram et fluxerunt aque et torrentes ex magna aquarū abundātia inundauerunt. sequit q: poterit aliud ei facere. **N**umis fatua cogitatio. exemplū magni miraculi dare et ei⁹ auctorem in reliquis arbitrarī posse deficere.

**N**unquid et panē poterit dare aut parare refectionem splendidam et delicatam populo suo quasi diceret dubitandū est. **S**ed manueuissimus dñs noluit statim punire eos sicut bene mererentur. sed ne videret non posse facere que petebant sicut stulte illi dubitabant.

**I**deo audiuit et impleuit petiōnes et distulit penam inferre eis. vt p̄ ostenderet suā potentia. et ignis. i. ira dei accensus est in populum descendente de iacob et in israel.

**I**n ignis accensus est in iacob et cetera. **Q**uia nō crediderunt deo suo q: posset licet ex p̄cedentib⁹ miraculis **B** si muer poterant credere. nec sperauerūt in bonitate sua. q: nō deficeret eis in necessitate.

**E**t mandans executioni petiōnes cor mandauit nubibus de super. et ianuas celi aerei vbi generabat manna aperuit in de descendere faciens.

**U**nde sequitur. **P**luit illis. i. dedit per modum pluit. manna ad manducandum et sic panes celi. i. in celo aereo angeloz ministerio formatū dedit eis.

**E**t uia **P**anem angeloz. i. ministerio

eorum formatum manducauit homo. et  
baria misit in abundantia. cum quili  
bet colligeret de eo quantum comedere po  
terat.

Et ad satisfaciendum desiderio eorum de esu  
carnium **T**ranstulit ventum australem  
de superiori parte aeris ne scilicet flaret. et in  
duxit virtute sua ventum africanum  
qui est ventus occidentalis ut flaret versus  
ubi erat multitudo magna coturnicorum quos  
ventus transportauit ultra mare rubrum  
ubi erant castra bebrorum

**S**equitur **E**t pluit super eos sicut pul  
uerem. id est valde abundanter carnes viuas  
in maxima copia scilicet volatilia penata

**E**t ceciderunt in medio castrorum  
eorum circa tabernacula eorum. ut si omni  
labore et difficultate possent ea capere.

**E**t ipsi manducauerunt et saturati  
sunt nimis usque ad nauseam. abundan  
tiam carnum sicut desiderauerunt at  
tulit eis. et non sunt frandati deside  
rio. imo sunt consecuti illud habentes car  
nes in abundantia.

**O**stenso quod multi du  
bitauerant de potentia dei. ostendit prophe  
ta qualiter puniti sunt a deo de quo ita ait.

**A**dhuc esce erant in ore ipsorum  
quia multi actu comedebant. et punitio  
dei descendit super eos.

**E**t occidit potentes eorum. repletos di  
uinijs et electos israel scilicet **A**hoysem et  
**A**aron et **A**hariam impediuit ne ingre  
derent terram promissionis.

**I**n omnibus his correcti et puniti pec  
cauerunt adhuc et non crediderunt  
in mirabilibus eius.

**E**t deo **D**efecerunt dies eorum quasi la  
guida tabe consumpti in. id est pro vanitate  
pro qua citius perierunt. et anni eorum cum  
festinatione quia moyses multorum fuit acce  
lerata sicut in rebellionem chore

**C**um occideret aliquos de populo alij  
timentes querebant eum et reuerte  
bantur studiose et sedulo venientes  
petebant misericordiam a deo.

**R**euertebantur quidem quia **R**ememo  
rati sunt quia deus adiutor eorum est

in bonis. et deus excelsus redemptor  
eorum est a malis.

**E**t quia ista reuersio ad deum quo ad mul  
tos non erat ex amore iusticie sed timore pe  
ne dicit. **E**t dilexerunt eum in ore suo  
et lingua sua mentiti sunt ei. quia non sic  
babebant in mente sicut predebant in ore.

**U**nde sequitur. **C**or autem eorum non  
erat rectum cum eo. quia ydola colere  
desiderabant nec fideles habiti sunt in  
testamento eius. ut legem eius obseruaret  
sicut in timore permittebant

**I**pse autem est misericors in natura  
et etiam contra merita ipsorum. fiet propiti  
us peccatis ipsorum puniens eos iura  
condignum. et non disperdet eos iura  
liet eos delendo sicut meruerunt

**E**t abundauit misericordia dei ut auerteret  
ab eis vindictam suam quam de eis  
sumere ceperat. et non accendit omnes  
iram suam. ut de eis sumeret omnes promer  
itam penam.

**E**t hoc ideo quia. **R**ecordatus est. id est  
ad modum recordantis se habuit quasi obli  
tus dum eos affligeret. quia caro sunt scilicet  
carnales et fragiles proutque ad peccandum  
hec est maxima causa que deum mouet ut  
se nobis misericordem exhibeat spiritus  
homo est vadens in breui de hoc mundo  
per separationem anime a corpore et non  
rediens ad ipsius corpus virtute propria  
nature.

**D**epercit eis. et licet parceret ipsis. **I**psi ta  
men multonem. id est sine numero exacerba  
uerunt eum in deserto. et ad vindi  
ctam concitauerunt eum in iniquo  
ut digne eis penas inferret.

**E**t conuersi sunt ad idolatriam et tempta  
uerunt deum dolose petentes ab eo quod  
ab illo accipere diffidebant et sanctum  
israhel ad amaritudinem prouocauerunt

**E**t non sunt recordati potestatis eius.  
die quare demit eos de manu tribu  
lantis scilicet **I**sraharonis.

**P**reterea non sunt recordati. **Q**ualiter  
posuit in egipto signa sua scilicet decem

plagas et prodigia in ciuitate illa re-  
gia ubi signa ista facta sunt. idem est signū  
et prodigium. signū in q̄s dei potentiam in-  
dicat. prodigium q̄ in se dat nobis aliū in-  
telligere.

**I**nter quas plagas. **C**ōuertit in sangui-  
nem flumina eorum et pluuias  
aqua ne biberent.

**A**psit in eos muscam caninam  
et ungebant eos grauius et ranas et di-  
spersidit eos quia in nullo loco poterāt  
stabile esse propter ranas.

**E**t dedit erugini. id est. vento vr̄ni qui  
corrupt leges fructus eorum. et fru-  
ctus per labores eorum productos  
locustis.

**E**t occidit in grandie vineas eorū  
et moros eorū in pruina vel in frigore  
corrupte.

**T**radidit grandini iumenta eorū  
et existētia in campis. et possessiones  
igni.

**A**psit in eos effectum ire sue indi-  
gnationis per plagas dictas et sequēs  
inmissas per angelos malos qui  
fuerunt executores diuine iusticie in perse-  
cutiōib⁹ egypti.

**A**liam fecit semite ire sue. id est. sem-  
itam in viam conuertit. quia ex quo per pri-  
ma flagella non fuerunt correcti. plage am-  
pliores sunt augmentate. vnde sequitur et  
non pepercit a morte vitas eorum  
et iumenta eorum i morte conclu-  
sit.

**E**t percussit omne primogenitū in  
terra egypti non solum hominum. sed  
etiam omnium iumentorū primogenita pri-  
mitias omnis laboris eorū vt ordeus  
et linum et similia que citius maturescunt  
in tabernaculis egyptiorum descendi-  
tium de cham.

**P**ropheta nunc ostendit quomodo de-  
duxit iudeos de egypto et induxit in terras  
promissionis et ipsi iterum ingrati offen-  
derunt eum sic dicens.

**E**t eduxit d̄ egypto populum suum  
israel diligenter custodiendo sicut pastor

oues suas et perduxit eum tanquā  
gregem in deserto quod erat in mare  
et egyptum.

**E**t eduxit eos per desertum in spe ve-  
niendi in terram promissionis. et non ti-  
muerunt quia inimicos eorū coope-  
ruit mare.

**E**t induxit eos in terrā promissionis  
que d̄ sanctificata pp̄ iherlm̄ i q̄ edificatū  
erat templus in montem moia quem  
montem non gladius eorum acquisiuit  
sed dextera. i. potentia eius.

**H**oc modo acquisiuit quia **E**iecit a pre-  
sentia eorum gentes chanaanas. que  
prius terram illam obrinebant et alios ibi  
habuantes et sorte diuisit singulis tribu-  
bus terram promissionis equali mensu-  
ra. antiquius tenso funiculo terram di-  
uidebant.

**E**t habitare fecit in domibus villis  
ciuitatibus et castris a gentibus edifica-  
tis tribus israel.

**D**e ingratitude iudeorum et eorū contu-  
macia et quid eis irato domino contigerit  
propheta exponit dicens. et istis beneficijs  
non obstantibus. **T**emptauerunt deū  
diffidentes de diuina virtute. et exacerba-  
uerunt deum excelsū prouocātes ad  
iram et precepta eius non custodie-  
runt.

**E**t auerterunt se scienter ab eo. et non  
seruauerunt pactum. id est. legem quā  
perlegerant obseruare. quē modum  
patres eorū. qui adorauerunt vitulum et  
multipliciter offenderunt in deserto. con-  
uersi sunt in arcum prauum. id est. si-  
miles facti sunt arcui prauo. arcus prauus  
dicitur malicia peccatorum que non emi-  
nus percussit sed i se magis spicula directa  
conuertit.

**I**n iram concitauerunt eum. immo-  
lando ydolis in collibus suis. et cuius bo-  
nozem deo debent sculpsitibus suis  
imparirent ad indignationem et vni-  
dicam prouocauerunt.

**P**ropheta numerat vni dicte genera quib⁹  
bus punitus est populus ille p̄ idus dicens

*Propheta nunc ostendit quomodo de-  
duxit iudeos de egypto et induxit in terras  
promissionis et ipsi iterum ingrati offen-  
derunt eum sic dicens. Et eduxit d̄ egypto  
populum suum israel diligenter custodiendo  
sicut pastor oues suas et perduxit eum tanquā  
gregem in deserto quod erat in mare et  
egyptum. Et induxit eos in terrā promissionis  
que d̄ sanctificata pp̄ iherlm̄ i q̄ edificatū  
erat templus in montem moia quem  
montem non gladius eorum acquisiuit  
sed dextera. i. potentia eius. Hoc modo  
acquisiuit quia Eiecit a presentia eorum  
gentes chanaanas. que prius terram illam  
obrinebant et alios ibi habuantes et sorte  
diuisit singulis tribubus terram promissionis  
equali mensura. antiquius tenso funiculo  
terram diuidebant. Et habitare fecit in  
domibus villis ciuitatibus et castris a  
gentibus edificatis tribus israel. De  
ingratitude iudeorum et eorū contumacia  
et quid eis irato domino contigerit propheta  
exponit dicens. et istis beneficijs non  
obstantibus. Temptauerunt deū diffidentes  
de diuina virtute. et exacerbauerunt deum  
excelsū prouocātes ad iram et precepta eius  
non custodierunt. Et auerterunt se scienter  
ab eo. et non seruauerunt pactum. id est.  
legem quā perlegerant obseruare. quē  
modum patres eorū. qui adorauerunt vitulum  
et multipliciter offenderunt in deserto. con-  
uersi sunt in arcum prauum. id est. similes  
facti sunt arcui prauo. arcus prauus dicitur  
malicia peccatorum que non eminus percussit  
sed i se magis spicula directa conuertit.  
In iram concitauerunt eum. immolando  
ydolis in collibus suis. et cuius bono-  
zem deo debent sculpsitibus suis imparirent  
ad indignationem et vni dicam prouocauerunt.  
Propheta numerat vni dicte genera quib⁹  
bus punitus est populus ille p̄ idus dicens*

**A**uertit deus predictas populi nequiciam et spreuit. et ad nihilum rediguit valde israel tradens eum captiuitatem aliorum populorum post mortem ioseph.

**E**t repulit propter eorum nequiciam ciuitatem silo que fuit destructa per philisteos in qua erat dei archa illo tempore. et ideo dicitur tabernaculum ubi habitauit inter homines quia ibi deus responsa dabat

**E**t tradidit in captiuitatem virtutem eorum. id est. archam que erat virtus eorum. quia ea presente semper vincebant inimicos. et pulcritudinem. id est. eandem archam de qua ipsi gloriabantur super omnes gentes. in manus inimici scilicet philistinorum a quibus capta est.

**E**t conclusit in gladio populum suum permittens eos ab inimicis occidi. et hereditatem suam spreuit.

**I**uvenes eorum comedit furorem vel gladius inimicorum et virgines eorum non sunt lamentate quia cuiuslibet quereretur locum fugiendi dimittentur mortui sepulti et in lamentati.

**S**acerdotes eorum sephoni et finees filij bel in gladio philistinorum ceciderunt. et vidue eorum non plorabantur eadem ratione qua virgines.

**P**ropheta ostendens vitium in ipsos aduersarios retortam dicit. Dominus qui prius tanquam dormiens. visus est quia populum suum dimisit affligi ab inimicis excitatus est tanquam potens incensus vino. quia tunc sunt homines ad iram faciles et ad virtutes potentes quando post crapulam de somno surgunt. excitat<sup>9</sup> dico ad inferendam vindictam hostibus sephonitis qui archam domini rapientes locauerunt iuxta deum suum dagon.

**E**t percussit inimicos suos in posteriora in secretiori parte narium ut enaui a sociabus rodentibus eorum anos exacerabili morte punirentur opprobrium sempiternum dedit eis quia nullus aliter taliter punitus est. quod in sempiternum

diuulgabit quod diu scriptura sancta in qua reprobatum est legetur.

**I**nimicos suos ita percussit sed suos reedificauit eligendo tribum pro regia dignitate dicens. Et repulit tabernaculum ioseph ut inde esset rex. et tribum effraim non elegit ad regiam dignitatem.

**S**ed elegit tribum iuda ut faceret inde regem montes syon quem dilexit eligens ad cultum suum

**E**t edificauit per Salomones sanctum edificium suo nomine deputatum sicut vnicornium. quia sicut illud animal non permittit aliud animal accedere ad cubiculum. sic deus prohibuit alienigenam intrare templum ministrare in terra. id est. in iherusalem quam fundauit pro cultu suo et solio suo stabiliter quantum fuit ex parte sua. et ita fuisset nisi peccata israel impediissent

**E**t elegit Dauid seruum suum in tribu iuda et inter filios isai quibus esset iunior. et sustulit de gregibus ouium sequentem oues fetas accepit eum in regem. et ita ex pastore pecudum ad regimen hominum est translatus

**U**nde sequitur. Pascere. id est. elegit ut pascat populum descendente de iacob et israel populum eundem a deo specialiter dilectum sibi.

**E**t gubernauit eos in puritate conscientie. et in operibus ab eo prudenter actis deduxit eos ad virtuosam pacifice viuendum.

**P**salm<sup>9</sup>. CXXVIII. in quo propheta deplorat captiuitatem iherusalem tempore regis antiochi.

**P**ropheta Dauid licet longis ante temporibus quam rex existeret antiochus. omnia tamen more suo quasi transacta refert que spiritu sancto repletus preuidebat esse futura. unde de deflens pietatis affectu ait. o